Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collatio locorum de consolatione

Melanchthon, Philipp

Vvitenbergae, 1549

Secundus.

urn:nbn:de:bsz:31-61720

Visual Library

Deo debere,& Deum posse mutare calamitatem,& sæpe flecti ut mutet. Interea tamen ei obediendum esse, ut scriptum est. Humiliamini sub potenti manu Dei. Et ut magis flectatur animus ad hãc obedientiam præstandam, communes causæ considerentur, propter quas Deus uniuersum genus humanum & præcipue Ecclesiam subiecit ærumnis. Toleranda igitur est calamitas, quia necesse est Deo obedire, qui certo consilio sic totam onerauit Ecclesiam, nec repugnandum est eius sapientiæ aut iusticiæ.

Secundus.

Dignitas uirtutis, uicinus locus est proximo, propter ærumnas non deficiamus, nec putemus casu ferri humana, nec putemus sine consilio Dei, a materia tantum oriri mutatiões rerum humanarum, nec faciamus contra ulla mandata Dei, elati secundis rebus, aut fracti aduersis, Sed Deum anteferamus secundis & aduersis rebus.